



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Filio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

Personæ, & disputat, olim Latinis significasse habitum aut officiū definitionem, vt dicimus Rosciū alias sustinere personam Achilli, alias sustinere personam Vlysīs, seu alia est persona consuli, alia servi, vt Cicero inquit: Magnum est in Repub. tueri personam principis. Et hanc veterem significationem vocabuli sycophantē torquet ad articulum de tribus personis diuinitatis. Sed has præstigias fugiamus, & execremur, & sciamus in hoc articulo loqui Ecclesiam, & personam dicit substantiam individuum, intelligentem, & incommunicabilem. Ac prodest in hac cogitatione mente intrueri baptismum Christi, vbi tres personæ illustri dñe monstrantur. Pater sonat hanc vocem: Hic est filius meus dilectus Filius stans in flumine conspicitur: & Spiritus sanctus specie velut demittitur. Ad hanc monstrationem accommodentur & firmemonia, quæ narrant, quis & qualis sit Filius, quis & qualis sit Spiritus sanctus. **P R I M U M** ergo hoc discrimen tenet. **P**ater æternus, est persona non nata, sed quæ genuit ab æterno Filium virginem sui. Filius est imago Patris, genita ab æterno à Patre: Quod postea certo tempore in utero Mariae aësumsi humanam naturam infra dicetur. Spiritus sanctus est agitator, procedens à Patre & a filio, & mittitur ad sanctificandas mentes, id est, nouam lucem, iustitiam & vitam Deo placentem & æternam, accendendam in his, qui sunt hæredes vitaæ æternæ. Sunt itaq; tres personæ diuinitatis, trimesæ, coæternæ, ὁμοότιοι, Pater Domini nostri Iesu Christi, filius qui dicitur Λόγος & imago æterni Patris, & Spiritus sanctus. Nec sunt plures personæ diuinitatis. **E T S I** autem omnes angelicæ & humanae mentes obstupefcunt admiratione horiæ atque quod Deus Filium genuit, & quod à Patre & Filio procedit factuator Spiritus, tamen sic sentire necesse est, quia, vt toties iam dictum est, de Deo sentiendum est, sicut se patet fecit. Ethnici vagantur animis, querentes Deum suis speculationibus: At Ecclesia agnoscit Deum aeternum, & omnipotentem conditorem tales, sicut Iesu Christus: & quanquam hec arcana non penitus perpicimus, tamen haec vita Deus incoari vult hanc agnitionem & invocationem nostram à falsa discerni: & revelationem certis testimonij in verbo suo propositur, in quo eeu fœtus in alio materno nutrimentum apprehensimiblico & cotyledonibus, nos quoq; sedens inclusus, & ambius agnitionem Dei, & vitam ex verbo Dei, vt cum invenimus sicut se patet fecit.

## D E F I L I O.

**S**Ic autem describitur Filius. Iohann. i. nominatur Λόγος in Epist. ad Colos. nominatur imago Dei. In Epist. ad Hebreos

splendor gloria, id est, effigies seu imago substantia Patris. Ac  
ipsa rectum natura diuina Filii manifestum est, quia inquit: Om-  
nis per eum condita esse. In Symbolo dicitur: Lumen de lumine.  
Ibi etiam appellationum collatio declarat eas. Filius dicitur imago &  
 $\lambda\delta\gamma\theta$ . Est igitur imago cogitatione Patris genita, quod ut aliquo  
modo considerari possit, à nostra mente exempla capiamus.

VOLVIT enim Deus in honore conspicere vestigia sua, & si  
dominis natura retinueret primam lucem, speculum esset diuinæ na-  
turalis minus obscurum. Nunc in hac caligine, tamen aliqua notari ve-  
stigia possunt. Mens humana cogitando mox pingit imaginem rei co-  
gratæ, sed nos non transfundimus nostram essentiam in illas imagi-  
nes, sicut cogitationes illæ subiectæ & evanescentes actiones. At pa-  
ter æternus scilicet intuitus, gignit cognitionem sui, quæ est imago ipsi-  
us, non evanescens, sed subsistens, communicata ipsi essentia.

Hæc igitur imago, est secunda persona, & conuenient ap-  
pellationes. Dicitur  $\lambda\delta\gamma\theta$ , quia cogitatione generatur. Dicitur  
imago, quia cogitatio est imago rei cogitatæ. Dicitur splendor glo-  
ræ, quod Graece significantius scriptum est  $\kappa\pi\tau\alpha\gamma\mu\alpha$ , id est, ab  
ala luce splendor editus. Sic filius est splendor à luce paterna edi-  
tus: sicut in Symbolo legitur, Lumen de Lumine. Item: Effigies sub-  
stantia patris, id est, imago non evanescens, sed subsistens commu-  
nicata essentia.

VRG igitur in natura hominum, Filium dicimus  
genitus de substantia Patris, similem Patri: Ita secunda persona  
filius dicitur, quia de substantia Patris natus est, & est eius imago,  
proprietas ergo discernens Filium à ceteris personis, hæc est, geni-  
tus esse, & imaginem esse. Et sit illustrius discriminem, cum addimus  
hoc secundam personam assumisse certò tempore humanam natu-  
ram in alio Maria. Pater enim non assumit humanam naturam, nec  
Spiritus sanctus assumit humanam naturam, sed filius est Christus,  
id est, promissus redemptor, una persona duabus naturis mirabiliter  
unitus, scilicet illa æterna Patris imagine seu  $\lambda\delta\gamma\theta$ , & natura huma-  
na. Nam verbo unionis in hoc articulo communis consuetudo Eccle-  
siae vixit.

MIRA sunt hæc, & longe supra omnem creatura-  
rum capum posita. Sed scimus hæc arcana Ecclesie patefacta esse, vt  
Deum recte inuocemus, & caussas cogitemus huius mirandi bene-  
ficij, quod Deus æternus fœdere sibi naturam humanam copulauit.  
Vereligit eam curat ac diligit, & hunc filium misit, vt esset redem-  
tor, & iram aduersus peccata placaret, vt postea sapius dicendum est.

TERTIA persona Spiritus sanctus, dicitur procedere à Patre  
& à Filio. Hæc proprietas huic tertie personæ tribuitur. Tribuitur &  
hec proprietas, quod sit persona, quæ mittitur in corda renascenti-

Y um,

um, id est, qua persona Pater & Filius accendunt nostram lucem, nos  
motus Deo placentes, iusticiam & vitam, in cordibus renascentur.  
Et reuera tunc adest Spiritus sanctus in cordibus, cum ea regit, mox  
& accendit, ut 1. Cor. 3. dicitur: Templum Dei estis, & Spiritus Dei  
habitat in vobis. Hæc gubernatio & sanctificatio vocatur actione  
spiritus Dei. Ut autem Filius nascitur cogitatione, ita Spiritus sanctus  
procedit à voluntate Patris & Filii, voluntatis enim est agere, de-  
gere, sicut & cor humanum non imagines, sed spiritus seu ha-  
gignit.

## T E S T I M O N I A.

M A T T H. vltimo: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii,  
& Spiritus sancti. Hic nominatum tres personas recenset, & inde  
eis parem potentiam & honorem. Voluit enim Christus in hæ-  
ma ceremonia complecti summam Euangeli. Quare simul & tribu-  
catur recipi nos à Deo, & docet quis sit Deus, quem Deum inno-  
mus, & quid nobis donet. Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii  
Spiritus sancti, id est, Ego testificor te recipi à Parre æternæ, & Fi-  
lio, & à Spiritu sancto, ut misericordia & potentia horum liberent  
peccato & à morte æterna, & doneris iusticiæ & vita æterna. Inno-  
bis igitur non ut Ethnici aberrantes à vero Deo, qui se patefecit, sed  
hunc statuæ esse Deum conditorem rerum, qui se hoc verbo em-  
testimonij ab initio mundi patefecit, tecum in Baptismo fideliter  
affirmat se esse Patrem Domini nostri Iesu Christi, & continuo  
Filium placatorem, & mittere Spiritum sanctum ad incoandum iuri-  
sticiam & vitam æternam. A G N O S C I S sumam Euangeliæ  
dire comprehensam esse in verbis Baptismi, & ostendit, quis sit Deus,  
Ego baptizo te in nomine, id est, in invocatione, item in missione.  
Item in agnitionem & inuocationem Patris & Filii & Spiritus sancti.  
Inuoco Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, super te, telliscant  
te recipi, te exaudiri, &c. Hæc est sententia verborum baptismi.

C um q[uod] uerba illa proficiantur, Patrem esse Dominum,  
omnipotentem, esse inuocandum, & ad huius honoris societatem ab-  
dantur Filius & Spiritus sanctus, necesse est parem potentiam eis.  
Cumq[ue] pars sit potentia, sunt ἐμοστοι. Præterea constat, Patrem &  
Filium Christum, personas distinctas esse. Quare & nomine Spiritus  
sancti persona distincta significatur. Nam si Spiritus tantum signi-  
ficeret ipsum Patrem agitantem aut mouentem res, bis nominaretur  
trem, & esset otiosa ταῦτα οὐ γίγνεται. In hanc sententiam & Basilius pro-  
denter & grauiter ratiocinatur ex hoc dicto Chilli: Patrem & Fi-  
lium & Spiritum sanctum ἐμοστοις esse: Baptizari nos oportet, fa-  
cimus, credere autem, sicut baptizamur, glorificare autem, fa-